Quelle: http://manuscripta.at/?ID=459
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

nificari solet. Quo uidelicet ostenderetur quia illa exterior
circumcisio animabus sanctificationem contulit. sed carni non ab
stulit corruptionem. Cultellus de petra fuit qui Christum
significat. De qua dicit apostolus. Petra autem erat Christus. De quo scriptum est.
Ecce agnus Dei. ecce qui tollit peccata mundi. In carne preputii uirilis
sexus factum est. quia ad remedium data est contra originale pec
catum quod a parentibus contrahimus. per illud membrum propa
gatum. Porro femine in ipso circumcisionis sola fide
saluabantur. sacrificiis et oblationibus aliisque legis ce
rimoniis purificate. Ipsam quoque circumcisionem fide su
scipientes. et in eis qui carnem illam susceperunt uener
ando participantes. Masculi quoque morte preuenti
ad octauum diem peruenire non potuerunt. et ob hoc sine cir
cumcisionis sacramento ab hac uita recesserunt. sola fide
parentum cum oblationibus et sacrificiis interuenien
tibus non improbabiliter saluari existimantur. pro eo quod precep
tum circumcisionis non nisi masculis ad octauum diem ue
nientibus indictum esse uidetur. ac per hoc preuaricationis
reos non fuisse quia precepti contemptores non fuerunt. quod
datum non fuerat non peruenientibus ad diem octauum.
Precipue ne miserabilior hic sexus appareat.
et in hoc preiudicetur in illo mandato a quo sexus
feminei absolutus omnino fuisse comprobatur. Sed mi
rum quare. si hii qui diem octauum negligentia siue contem
ptu parentum sine sacramento circumcisionis transierunt.
et postea id perceperunt an eo percepto salutis effectum
consecuti sint. cum preceptum diuinum hoc sacramentum
non nisi die octauo celebrandum indixerit. Et potest

fortasse non irrationabiliter dici. quod sicut de genti
bus ad ritum legis uenientibus hoc sacramentum quolibet
etate ad salutem perceperunt. ita et si quis sub lege tem
pore suo hoc non percepisset. ad salutem tamen et ad reme
dium eis operatum sit. si illud primo modo suscipiendo
priorem negligentiam correxerunt. Sic ergo circumcisionis sacramentum
semini Abrahe sanctificando et signando partim
datum est. Sanctificando ut iustificaretur. signan
do ut a ceteris gentibus discerneretur. quatenus singulari ma
neret et discreta generatio de qua Christus nasceretur. Unde consequitur
colligi probabile esse. illi tamen semini Abrahe cir
cumcisionem ex precepto indictam de quo nasciturus
erat. ut uidelicet post Abraham Ysaac. post Ysaac
Iacob. ac deinde duodecim tribus que de ipso Iacob or
te sunt. Nam et Iob quem quidam de Esau stirpe fuis
se credunt. quamuis tamen circumcisus fuisse non legitur. De preparati

Sacramentum circumcisionis one legis. Capitulum III.
ante legislationem datum est. et per ipsum quedam prepara
tio ad suscipiendam legem facta est. Quemadmodum
enim nunc in nouo testamento primum homo unda bap
tismi ablutus signum et nomen professionis sue
accipit. ac deinde numero fidelium associatur. et pre
ceptis diuinis instructus ad complendam professionem su
am accedit. sic antiquus ille populus primum quidem per circumci
sionem signatus est. postea per legem informatus. IIII.

De sacramentis scripte legis.

Lex scripta tria continet. Precepta. Sacramenta.
Promissa. In preceptis est meritum. In promissis est premi